

SHERBORNE SCHOOL.

ENTRANCE SCHOLARSHIP EXAMINATION, 1956.

Latin Translation.

(2 hours).

1. Translate into good English :

*Perseus, King of Macedonia, forces the Roman garrison in
Uscana to surrender, but breaks his promise to them.*

Perseus principio hiemis frumento complurium dierum sumpto, iussoque apparatu oppugnandarum urbium sequi, ad Uscanam posuit castra, prius tamen quam vim admoveret missis qui temptarent praefectorum praesidii animos. postquam nihil pacati referebant, oppugnare est adortus et corona eam capere conatus est: cum sine intermissione interdiu noctuque alii aliis succedentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam tempestatem propugnatores urbis, quia spes erat non hiemis vim diutius pati Macedonas in aperto posse. sed postquam vineas agi turresque excitari viderunt, victa pertinacia est. nam praeterquam quod adversus vim non pares erant, ne frumenti quidem copia intus erat. itaque cum spei nihil ad resistendum esset, a praesidio Romano missi sunt qui a Perseo peterent primo, ut armatos suaque secum ferentes abire sineret, dein, si id minus impetrarent, vitae tantum libertatisque fidem acciperent, promissum id benignius est a rege quam praestitum: exire enim sua secum efferentibus iussis arma ademit.

[TURN OVER

2. Translate into good English :

How Daedalus contrived to escape from the island of Crete when King Minos forbade him to visit his native land.

Daedalus interea Creten longumque perosus
exsilium, tactusque soli natalis amore,
clausus erat pelago. "Minos licet" inquit "et aequor
obstruat et terram ; at caelum patet : ibimus illac.
omnia possideat ; non possidet aera Minos."
dixit, et ignotas animum convertit in artes,
naturamque novat. nam ponit in ordine pennas
ut veras imitentur aves. manus ultima coeptis
imposita est ; geminas opifex libravit in alas
ipse suum corpus, motaque pependit in aura.

librare = to balance, poise